



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

Loci à Genere & specie. Cap. XXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

quod populus fidelis mysterio Sacerdotis, qui, Christi personam gerens, munere deprecatoris inter Deum & hominem fungitur, preces, supplicationes, ac vota omnipotenti transmittit. Missa etiam appellatur, quia significat Christum, qui missus est à patre in hunc mundum, vel Angelum, qui mittitur, ut per eius manus hostia offeratur in sublime altare Domini. Quare ab eo loco sumere poterit multa argumenta, quibus populum hortetur ad Missas singulis diebus audiendas, & dicat illos, qui frequenter solent eidem sacrificio interesse, rectè educatos, timentes Deum, & bonæ existimationis esse consueuisse: illudq; cōsequi solere, ut eo die, quo p̄ homines sacris interfuert, in negocijs, in quibus versantur, maiorem animi moderationem, atque etiam aequitatem præ se ferant, quasi à Christo, cuius sacratissimam passionem recoluerunt, adiuti.

Locus à coniugatis. Cap. XXX.

SEQVUNTUR ea, quæ rem contingunt, in quibus sunt coniugata, quæ ab vno orta, variè commutatur, quorum vsus est frequens: Si Christiani sumus, Christianè viuamus. Esaias ità hoc argumento vsus est, Fatuus fatua loquetur. & S. Paulus: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo celestis: sicut igitur portauimus imaginem terreni, portemus imaginem celestis.

Loci à Genere & Specie.

Cap. XXXI.

ARGUMENTVM à genere, est illud apud Iohannem Apostolū: Omnis qui peccatum facit, iniqua-

quitatem facit, & peccatū est iniquitas. Facilius exemplū afferamus: Virtus est amanda, amanda igitur est charitas: proximi sunt diligendi, ergo inimici diligēdi sunt, cum, vt S. scribit Pontifex Leo in sermone de ieiunio, proximi non ū tantū intelligendi sint, qui nobis amicitia & propinquitate coniunguntur, sed omnes prorsus homines, quibus cum natura nobis communis est. A specie ostendi potest, peccata miseros homines efficere, quia adulterium, homicidiumq; à Deo homines separat, quæ maxima est putanda miseria.

Locus à simili.

Cap. XXXII.

SIMILIVM comparatio est admodū frequens, & hunc in modū adhibentur argumenta: Vt morbi corporis grauiores sunt, qui non sentiuntur; ita peccata, quæ contemnuntur: vt agra corpora quanto plenius nutris, tanto magis ledus, vt scripsit Hippocrates: ita deteriores efficiuntur, qui impura conscientia sanctissimum Eucharistia Sacramentū audent sumere. Elegans & illustris admodū similitudo est apud Esaiā, qua Deum agricolæ similem dicit: vt enim agricola interdū arat, interdū seminat, interdū excutit, interdū colligit fructus; ita Deus nunc corripit, nunc tuetur, nunc punit, nunc miseretur. Similitudines, quæ ex libro Prouerbiorum, & ex sanctis Euangelistis, et in vniuersum ex sacris literis colligi possunt, afferre, esset hominis abutentis ingenio, & ostentantis non admodū difficilem obseruationem. S. Chrysostomus in oratione de orando Deo, ita argumentum à simili adhibuit; Quemadmodum vrbs, qua mētib;

bus &